Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/320350

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

CORNELII GUILIELMI OPZOOMER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCT. PHIL. PROF.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

GUILIELMUS VAN NELLESTEIJN,

e pago Darthuizen.

A. D. X OCTOBRIS A. MDCCCLI, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD J. G. BROESE,
MDCCCLI.

TYPIS GIEBEN & DUMONT.

THESES.

I.

Usucapio pro herede Senatusconsulto Hadriani non est omnino sublata.

II.

Si ex duobus, qui fidejusserant in XX, alter, ne ab eo peteretur, V dederit, creditori, qui ab altero XV petit, exceptio divisionis opponi potest.

III.

Senatusconsulta jam tempore Reipublicae vim legis habuisse videntur.

IV.

De Duello lege speciali cavendum est.

V.

Conatus delinquendi leviori poena est afficiendus quam delictum consummatum.

VI.

Verbo »armes" art. 101 C. P. lapides non comprehenduntur.

VII.

Usus machinarum generi humano magis prodest quam nocet.

VIII.

Quod in lege fundamentali ius gratiae receptum est, probandum mihi videtur.

IX.

Bonorum cessio debitori concedi potest, quamvis neque calamitas neque bona fides ab eo sit probata, nec obstat art. 707 Cod. de Meth. Proc. civ.

X.

Quod in nostra legislatione consilium, quod dicitur, »familieraad" sublatum, probandum mihi videtur.

XI.

Emphyteuta in thesaurum, quem in fundo invenit, idem jus habet, quod lex domino addicit.

XII.

Hypothecae legales et judiciales Cod. Nap. recte in nostro codice civili non amplius adnumerantur.

XIII.

Is, cui venia aetatis concessa est, exsecutor testamentarius esse potest.

XIV.

Mater non indiget auctoritate mariti, ut filio prioris tori, uxorem ducenti possit consentire.

XV.

Pater inops unum ex pluribus liberis in solidum convenire potest ad alimenta ipsi praestanda.

XVI.

Parentes tutorem dare possunt liberis suis naturalibus.

XVII.

Liberis naturalibus, etiamsi legitime agnitis, omnis paterna hereditas jure non relinquitur, ubi adsunt adscendentes.

XVIII.

Commissionario licet merces emere ei missas a committente, ut eas venderet.

XIX.

Mercator propter debita, quae mercaturam non spectant (debita civilia) decoctor a judice pronuntiandus non videtur.

XX.

Merito verba sub fine art. 20 Cod. Merc. sunt adjecta „zonder dat hij immer tot teruggave van genotene winsten verpligt zij.”